et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum, obligatoriorum, mobilium et immobilium, summarumque quarumvis pecuniarum, nec non auri, argenti, clenodiorum, unionum, margaretarum, vestium vestimentorum, stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum, peculium, equorum equitiorum, ac totius supellectilis domesticae nunc habitorum et in post habendorum, dedit, dotavit, dotalitavit, inscripsit et reformavit, prout dat, dotat, dotalitat, inscribit et reformat praesentibus. Per ipsam Nobilem Tesia Komarnicka sui Recognoscentis Consortem Legitimam et ipsius Posteros eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium, cum universis ipsorum utilitatibus et usufructibus competentiisque et praerogativa quavis tenendi, habendi, et possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad usus suos et suorum successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi, vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum.

Idem Jaworskiey Debet.

Comparens personaliter coram Officio hocque praesenti Castrensi Capitaneali Praemisliensi Nobilis Wasko Komarnicki Dzierzbicki sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iuris dispositioni quo ad actum hunc attinet seque successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Nobili Mariannae Jaworska Nobilis Stephani Jaworski Ihnatowicz cum Nobili Anastasia Komarnicka procreatae filiae eiusque posteris summam Triginta florenorum polonicalium monetae et numeri in Regno currentis, quemlibet florenum grossis triginta Polonicalibus computando et numerando certi, veri, iusti, et liquidi debiti, mutuatique apud ipsam per se Recognoscentem pecuniae tenetur atque debet. Quam quidem supra scriptam idem Recognoscens Nobilis Wasko Komarnicki Dzierzbicki se suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus haereditarijs et obligatorijs mobilibus et immobilibus, summisque pecuniarum quibusvis habitis et habendis supra scriptae

Nobili

nobili Maryssia Iaworska Creditrici suae eiusq posteris, hinc et ab acto praesenti pro Die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli post Annum proxime venturum realiter et in effectu solutionem et coram officio Actisq praesentibus Castren Capitan Praemislien repositionem et relictionem repositamq et relictam nessus ab eodem officio non efficiendo summae nec arrestationem, vel quovis alio modo solutionem summae eiusdem praepeditionem et impugnationem inscribit et obligat praesentibus idq sub Vadio similis summae Viginta Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscens sive eius Posteros supramemoratae Creditrici suae, vel eius Successoribus sive eius Posteris supramemoratis, ob non solutionem summae suprascriptae pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro summa ipsa principali non soluta solvenda Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Wasilio Komarnicki Drohobicki sive eius successores, Ad Instantiam Nobilis Maryssiae Iaworska Nobilis Stephani Iaworski Thoratoris cum Nobili Nastasia Komarnicka procreatae Filiae Creditricis suae, vel eius posterorum, ad officium praesens Castrense Capitan Praemislien Ex hinc recessu superius quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare Iuri parere, respondere, Vadium praefatum luere Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, ac alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate pro maiori minorennitate succorrentia, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad eiusdem [illegible] vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, Ad Quietationem vero proximos officij praefati Castren Capitan Praemislien Terminos Dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes ac carum protestationes faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri bello Conventionisq ac alijs omnibus Iuris remedijs ac defen

sis non subterfugiendo nec modo alio quouis euadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Krzeczkowski Conti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio Actisq praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobilis Andreas Krzeczkowski sanus mente et corpore existens, a terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competentibus recedens praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subiciendo palam, libere, publice, ac perexpressum recognouit. Quia ipse Nobili Catherinae Perlecka olim Religiosi ac
ntis Perlecki Petri cum olim Nobili Marisia Ludenska procreatae filiae sui vero Recognoscentis Consorti legitimae euisq posteris summam Quinquaginta florenorum polonicalium ratione verae dotis et expeditionis post ipsam acceptae et in domum suam importatae, nec non aliam similem summam Quinquaginta florenorum Polonicalium, ratione certi, veri, iusti, et liquidi dotalitij, in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium, haereditariorum, obligatoriorum, mobilium, et immobilium summarumq quarumuis pecuniariarum, nec non auri argenti, clenodiorum, Vnionum Margaritarum, vestium vestimentorum, stanni aeris cuprionum, chalci, pecorum, pecudum, equorum, equiciorum, ac totius supellectilis domesticae, nunc habitae et inpost habendae, dedit, dotauit, dotalitauit, inscripsit et reformauit, prout dat, dotat, dotalitat, inscribit et reformat praesentibus. Per ipsam Nobilem Perlecka sui Recognoscentis Consortem Legitimam et ipsius posteros eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum Vniuersis ipsorum Vtilitatibus et vsufructibus Competentijsq et praerogatiua quauis tenendi, habendi, et possidendi illisq quiete et pacifice Vtifruendi ac ad vsus suos et suorum successorum quosuis bene placitos libere et effectualiter conuertendi vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae obseruari solitarum.

Komarnicki Conti Reformat.